Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Epicedion, In placidum & beatum obitum, Viri ... Dn. Michaelis Hagemeisteri, I.U.D. Advocati, & Practici celeberrimi, Qui die 17. Septembr. circa horam noctis decimam, in vera fide, interq[ue] preces ad Deum ardenter fusas, sine motu & metu exspiravit, Funere honorifico deductus, summoq[ue] omnium honorum luctu sepultus die 22. eiusdem mensis Anno 1653.

Rostochii: Richelius, 1653

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777519585

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

EPICEDION,

In placidum & beatum obitum,

VIRI

Nobiliſſimi, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi

DN. MICHAELIS HAGEMEISTERI,

J.U.D. Advocati, & Practici celeberrimi,

Qvi die 17. Septembr. circa horam noctis decimam, in vera fide, interq; preces ad DEUM ardenter fuſas, ſine motu & metu exſpiravit,

Funere honorifico deductus, ſummoq; omnium bonorum luctu ſepultus die 22. ejusdem menſis Anno 1653.

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777519585/phys_0001
DFG

O Hominum res incertas! ô ferrea fata!
Quam citò, quam ſubitò, quæ valuêre cadunt?
Tot vitæ ſuperant annos, tot ſecula vivunt
Expertes ſenſus per fera luſtra feræ.
Exuviis poſitis pubeſcit lubricus anguis,
Et cute detractâ priſtina forma redit.
Cornix in ſiccâ ſecum ſpatiatur arenâ
Annoſa, & longæ tempora lucis agit
Alipes egreditur cornicis ſecula Cervus,
Sæpius & reparat cornua flexa ſibi.
Alipedem cervum ſuperat Phœbëius ales
Et Phœnix artus morte reponit avis.
Solus homo, ſolus diæ pars optima mentis,
Non vi depellet tela, nec arte necis.
Non dolor, & fletus minus evitabile fatum
Avertiſſe queunt, non pia vota valent.
Ut levis in tenues fumi vapor effugit auras,
Frangitur aut Veneti fulgida maſſa vitri.
Sic hominis tenui filo ſuſpenditur ætas,
Et mortis cauſas angulus omnis habet.

Naſci-

Naſcimur in lacrymis, vitam finimus in illis,
Et citò prætereunt, ceu brevis umbra dies.
Qværitis exemplum? vel præſens ſufficit hora,
HAGENMEISTERI qvâ damus oſſa rogô.
Quis non hunc obitum fleat, ac immitia Fata,
Quæ patriæ hoc ingens eripuêre decus?
Sed qvodcunq; parum Sors affert æqva, ferendũ eſt,
Non lacrymis flecti mors inimica poteſt.
HAGENMEISTERUS terrenâ mole ſolutus
Corporis, in cœli luce beatus ovat.
Hîc ubi nec ſolis radij, nec Sirius æſtu
Urunt, nec rigido frigore ſævit hyems.
Hîc ubi ſiderei cœtus, animæq; piorum,
Fulget ubi TRIADOS ſplendor, honorq; Sacræ
Hæc illi potius gratari gaudia par eſt.
Qvam deflere nimis fata, vicesq; VIRI,

Doloris & honoris teſtandi gratiâ erga utramq;
Familiam Hagemeiſterianam &
Crügerianam ſcrib.

Lucas Coch
LL. Studioſus.

HAGMEISTER Doctor Juris Legumq; peritus
Extremum lucis clauſit in orbe diem.
O crudele nimis fatum! qvis non fleat iſtam
Sortis amaritiem, Mortis avaritiem?

Non

Non pietas, non Artis honor, non inclyta virtus
Evitant rabiem, Mors homicida tuam.
Sed non interiit feſtino hoc funere merſus,
Pars eſt una polo reddita & una ſolo,
Neſtoris ille qvidem dignus qvi viveret annos
Ni ſuperis iſtud diſplicuiſſet, erat.
Non igitur nimio fas indulgere dolori
Arbitrio ſummi mortuus ille Dei eſt.
Gratemur potius pacem placidamq; qvietem
Illi, qvi terras liqvit & aſtra tenet.

Συμπαθείας ergò adjunxit

Erneſtus Cothmann.

*A*nne, SOROR, *ſubito Fatum tibi triſtia fecit*
Ergò quid hoc? tua quo variis mens anxia curis
Vertat ſe? Ad Fatum ſupremum: namq; marito
Triſtia non fecit, ſed fecit gaudia multa.
Ergò ſis patiens, atq; hæc committe ſupremo
Fato, cum cordis juvet attenuare dolorem.

Conteſtatur dolorem Frater

Ulricus Joachimus Crüeger.

Naſcimur in lacrymis, vitam finimu
Et citò prætereunt, ceu brevis u
Qværitis exemplum? vel præſens ſuff
HAGENMEISTERI quâ da ngô.
Quis non hunc obitum fleat, ac immi
Quæ patriæ hoc ingens eripuêre d
Sed quodcunq; parum Sors affert æq eſt,
Non lacrymis flecti mors inimica
HAGENMEISTERUS terrenâ n
Corporis, in cœli luce beatus ovat
Hîc ubi nec ſolis radij, nec Sirius æſtu
Urunt, nec rigido frigore ſævit hy
Hîc ubi ſiderei cœtus, animæq; piorun
Fulget ubi TRIADOS ſplendor acræ
Hæc illi potius gratari gaudia par eſt,
Qvam deflere nimis fata, viceſq;

Doloris & honoris teſtandi g amq;
Familiam Hagemei
Crüg o.
L ch
s.

HAGMEISTER Doctor Juris Leg
Extremum lucis clauſit in orbe d
O crudele nimis fatum! qvis non fleat
Sortis amaritiem, Mortis avariti

ſon